

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Viro opt.ac doctiss. D.M.Ioanni Spangebergio, uerbi Dei apud Northusanos  
ministro, amico summo suo, G. M.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

stra iurisdictione sit, & ut audio, præsens sit) con-  
iiceretur in carcerem: & statueretur tandem a-  
liqua exempla, in tam nepharios & flagitosos ho-  
mines. Quia in re ualde negligentes uidemus ferè  
magistratus omnes esse. Itaque polluta terra ince-  
stis & fœdis libidinibus, necesse est oriri horren-  
da bella. famem, pestem, & alia mala, quibus inte-  
rim purgetur. Sed nos in nostro ministerio simus ui-  
gilantes & seduli. Bene uale, mi frater charissime.  
Mersburgi, Pridie Cal. Februarij, 1548.

Viro opt. ac doctiss. D. M. Ioanni Span-  
gebergio, uerbi Dei apud Northu-  
fanos ministro, amico sum-  
mo suo, G. M.

S. Breuitatem literarum eadem ratio, qua tu ut-  
teris, uir humanissime, excusabit. Non minus enim  
parum commoda ualetudine ab ijsdem Paschali-  
bus ferijs, quam tu, ego quoq; nunc utor, febris qui-  
dem nondum inuasit: sed languet tamen totū cor-  
pus, ac ad cibum nauusat stomachus: suniq; alia  
plurima imminentis morbi indicia. Neque tamen  
scholasticus labor quicquā mihi imminuit: imò  
ex discipulorū frequentia quotidie augetur. Con-  
fluent enim nunc magno numero studiosi pueri.  
Poterant quidam hypodidascali multum leuare  
laborem:

laborem: sed pauci admodum sunt, qui serio urge-  
ant suum officium, nisi ego praesens monitor semi-  
per adfistam. Itaq; totus ferè labor mihi incubit,  
quamquam decem habeam oīwépyas. Sæpius mi-  
hi etiam molestiam auget hominum ingratitudo,  
qui pro immensis laboribus malam gratiam refe-  
runt: sed nescio quomodo in hanc querelam dela-  
psus sim, quam tu tamen pro tuo candore et huma-  
nitate boni confuses. Bene uale: ac ualetudinem u-  
triusq; curet ac tueatur, in cuius manu nostra om-  
nia sum sita. 18 Aprilis, 1534.

Optimo atq; clarissimo viro, D. Ioanni  
Spangenbergio, Ecclesiastæ Northusa-  
no, domino & amico suo in primis  
obseruando, Erasmus  
Reinholdus

S. D. Magnam mibi attulerunt voluptatem  
literæ tue, quas filius tuus Iona proximè reddidit,  
cū istinc rediret ad nos. Nam quòd sepe in animo  
meo optauit, ut tecum propter singularem pietatē  
& studium ueræ doctrinæ in Ecclesiæ et propter  
multiplicem eruditionem in omni genere artium  
conuaherem amicitiam, id nūbi abs te ipso abun-  
dè iam oblatum est. Nam mercatores magnificat  
opes, & colum, atq; amicitiam cum illis adiungunt

ET CON-